



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

117. An donatio, quæ post vnum alteri sit, possit in secundo ante
acceptationem reuocari? Ex p. 8. tr. 6. res. 103.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

factam ab eo qui iure poterat acceptare ius quod donatarius ex tali donatione habeat, transeat ad heredes: possuntque donationem ratam habere, & acceptare? Ex part. 3. tr. 6. Ref. 99.

Respondeo Faustus in Spec. Confess. dist. 20. q. 56. esse validam & obligatoriam, non quidem factam abentem, sed ratione vinculi Religionis sumperaditi; ne videlicet in telem infidelis donationis Deus adducatur. Verum ipse homo in cuius gratiam facta fuit donatio, nullam inde ius acquirit in rem donatam, quia non ei fuit data fides, aut ab eo acceptata, ideoque talem donationem inuito donatario posse in alia pia opera commutari à Prælo, iuxta mentem Caceriani opus. 2. tr. 1. q. de voto. 3. Molina 1. 2. disp. 263. Sylvestri v. Totum, 3. q. 6. & aliorum.

2. Sed hinc obiter tangenda sunt aliqua: & Primum, quæro, an per simplicem donationem, vel promissionem factam abentem, ritè tamen ab alio legitime pro absente acceptatam, me obligem, possim tuta conscientia eam reuocare, si is qui pro absente acceptavit, in reuocatione consentiat? Multi, vt refert Couarruias, in rubr. de test. p. 3. n. 13. & l. 1. var. c. 14. §. 3. n. 11. affirmant. Alij verò, vt Couarru. loc. cit. negant ex eo fundamento, quia ià tertio ex dispositione legum est ius acquisitum, quo illum priuare non potest. Cæterum Rebellus p. 2. de oblig. lib. 10. q. 3. has duas opiniones conatur conciliare hoc modo. Si talis donatio, vel promissio facta fuit intuitu absentis, in neutro foro reuocari potest, secus si non intuitu absentis, in cuius gratiam donatio vel promissio cedit, sed intuitu presentis & acceptantis facta fuisse iuxta regulam illam: Per quascumque causas obligatio nascitur, per easdem resoluitur, de leg. iur.

3. Item quæro, an si donatarius moriatur, antequam fiat, ratamve habeat donationem, siue acceptationem pro se ritè factam ab eo qui iure poterat acceptare, ius quod donatarius ex tali donatione habebat, transeat ad eius heredes, possintque donationem ratam habere, atque acceptare? Huius questionis partem affirmatiuam alitrum Molina 1. 2. de iust. disp. 264. Couarr. in rub. de test. p. 3. n. 13. & leg. 1. var. c. 14. n. 12. & Clar. lib. 4. sent. §. donatio. q. 3. & probant, quia ex acceptatione eius qui iure poterat acceptare, donatarius acquiritur ius integrum, & perfectum ad rem promissam, ac proinde eo defuncto, transit ad eius heredes. Partem tamen negantem tenent Tiraquellus, & multi alij relati à Couarr. loc. cit. Cæterum Rebellus p. 2. de oblig. lib. 10. n. 3. putat in hoc casu examinandam esse diligentem voluntatem donantis: si enim ex iudicijs concurrentibus appareat, voluisse heredibus donare mortuo donatario, quia fortè eos non nouerat donator, nullavè eos benevolentia prosequeretur, tunc eius heredes nullum ius inde acquirunt, nec poterunt tuta conscientia re donata frui, secus verò si per contraria iudicia voluntas dandi ipsi coniciatur heredibus, vt si donator ipsi mer hæreditibus, vel ipsorum procuratori rem tradidisset, & colligitur ex l. sine qua, ff. rem ratã haberi, §. ante penult.

RESOL. CXVI.

An obligatio donatoris transeat ad heredes antequam donatio sit acceptata?
Et si donatarius mortuus est ante acceptationem donationis, vel ratificationem factam ab eo, qui poterat suo nomine acceptare, succedunt ne heredes illius in donationis acceptationem?
Et donatio facta infanti ante usum rationis, & à Tabellione acceptata, vel ab alio, qui iure potest acceptare, est ne reuocabilis, an expectari debeat infantis ratificatione? Ex part. 3. tract. 6. Ref. 101.

Sunt hic duo dubia, videlicet, obijt donator, antequam donatarius acceptaret, aut ratam habe-

ret donationem suo nomine factam, tenetne talis donatio, ita vt heredes ad illam obligentur? Respondeo, Tenet quidem. Ita Molina iurista lib. 4. de primog. c. 2. n. 66. & Couarr. 3. p. rub. de test. n. 13. Ratio illorum est, quia heredes succedunt obligationi reali defuncti; cum igitur donator teneretur donationem acceptatam reddere, ita & illius heredes, licet ante obitum donatoris pro locorum longitudine acceptata sit.

2. Secundo quæro. Mortuus est donatarius ante donationis acceptationem, vel ratificationem factam ab eo, qui poterat suo nomine acceptare, succeduntne heredes illius in donationis acceptationem? Respondeo. In hac re attendenda est donatoris intentio, colligendaque ex probabilibus iudicijs, & iuxta eam iudicandum. Atque ita interpretanda sunt leges, quas pro vtraque parte adducit Molina, & Couarruias locis cit.

3. Et tandem quæro. Donatio facta infanti ante usum rationis, & à tabellione acceptata, vel alio, qui iure potest acceptare, est ne reuocabilis, an expectari debeat infantis ratificatione? Respondeo expectanda est infantis ratificatio, & ante illam irrevocabilis est. Ita Couarr. 1. ref. c. 14. n. 15. probatque ex iure, cum multis iuris Doctoribus, quos refert. Imò Molin. iurista lib. 4. de primog. c. 2. n. 75. probabiliter credit huiusmodi donationem non egere acceptatione, sed acceptam esse à iure, l. ven. lib. 1. c. de emancip. lib. 2. l. fin. Et hæc omnia docet Fernandez in Exam. Theol. mor. p. 1. c. 16. §. 1. n. 4. & seqq.

RESOL. CXVII.

An donatio, que post unum alteri fit, possit in secundo ante acceptationem reuocari? Ex p. 3. tr. 6. Ref. 103.

Ad hoc dubium sic respondet Fernandez, in Exam. Theol. mor. p. 1. c. 16. §. 1. n. 2. Dedit Titius equum Petro, ea conditione, vt potest annum reddat Francisco, potest ne expleto tempore donationem illam secundam reuocare? Respondeo, Potest. Ita Bart. in l. qui Roma, §. Flauius ff. de verb. oblig. & multi alij quos refert Gomez, ad l. 2. Tauri, n. 29. Molin. iurista 4. de primog. n. 74. Nauarr. in Apol. redd. q. 1. monit. 71. Couarr. 1. ref. c. 4. Clarissime id decernitur l. Aristol. ff. de don. vbi talis contractus appellatur innominatus: in contractu verò innominato licet, recedere, dum res integra est, iuxta leges & iura, quæ refert Couarruias, proximè citatus n. 217. Ratio totalis est, quia iste indicatur fuisse cõsentus tali modo donatis, vt noller intra tempus à se facultate reuocandi donationem abdicare. In foro tamen conscientia standum est donatoris voluntati, & non legi præsumptioni; ac si illa fuit absoluta, donatio tenet si non cõsiterit, quia donator post reuocationem obiit, standum probabilioribus iudicijs. Ita Fernandez, cui ex Iuriscõsultis adde Larream in alleg. 1. §. 1. alleg. 115. n. 25. vbi ex Cumano, Aretino, Imola, Socino, Alexan. Iafone, Bald. Angelo, & alijs, probat donationem factã alicui, vt post eum alius substituatur, quamuis respectu primi donatarij, cui facta, non possit reuocari, tamè respectu secundi ante illius acceptationem mutari potest.

RESOL. CXVIII.

An promissio, seu donatio facta Ecclesie, vel ad piam causam ante acceptationem valeat, ita vt non possit per penitentiam reuocari? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 108. alias 107.

Non esse validam, & posse per penitentiam reuocari docuere Layman in Theol. mor. lib. 3. sent. 1. tr. 4. c. 1. n. 9. & alij penes ipsum, quia hæc est natura pollicitationis, vt ante acceptationem possit reuocari, neque aliud iure speciali positio in Ecclesiarum fauorem statutum reperitur. Ergo, &c.
2. Non reticeam tamen contrariam sententiam docere Molinam de iust. r. 2. tr. 2. disp. 262. n. 16. Felinum in

vt. & leg. etiam doctrinam Ref. 112. & §. eius not.

Sup. hoc sup. in Ref. 114. §. pen. & in Ref. 115. §. vlt.

Sup. hoc sup. in Ref. 11. & lege doctrinam Ref. 114. à princ. vsque ad §. Vnde. & infra in Ref. 110. §. 2. Vide quid sentiat Vallobohos circa hoc.

Quamuis non plenè tuta præ hoc lege tamen infra ex ref. 111. doctrinam §. vlt. & late in alio §. eius not.

Sup. hoc in Ref. seq. & sup. in ref. 111. §. Sed his. eorum in princ. & lege etiam infra doctrinam ref. 122.